

August Varenius

Rector Universitatis Rostochiensis Augustus Varenius, Collegii Theolog. h. t. Decanus ... ad Exequias, Quas Coniugum pari fine pari, Viro ... Dn. Nicolao Eggebrecht/ Doctori ICto celeberrimo ... Nec non ... Margaritae Kichlerinn/ Matronae primariae ... Moestissimi Filii solenni ceremonia d. 9. Maii horis postm. paratas cupiunt. Omnes omnium ordinum Cives Academicos, ea, qua fas est, humanitate invitat. Conventus fiet in Aede Jacobaea hora 1.

Rostochi[j]: Kilius, 1665


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75142644X>

Druck Freier  Zugang



Varenivs, A.,
in
N. Eggebrecht,
et uxor. ejus M. Kichler.

Rost. 1665.



2539.
31
23
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
AUGUSTUS VARENIVS,

Collegii Theolog. h. t. Decanus, Consistorii Se-
renis. Ducum Assessor,

ad Exeqvias,

Qvas

Conjugum pari sine pari,

Viro Nobilissimo, Consultissimo, Amplissimo

DN. NICOLAO

Reggbrecht/

Doctori Jcro celeberrimo, Judici Provincialis Mekte-
burg. Assessori Excellentissimo, Patri desideratissimo,

Nec non

Nobilissima genere, virtutibus fulgidissima

MARGARITÆ

Richlerinn/

Matronæ primariae, Matri charissimæ,

benè de se meritæ,

Mœstissimi Filii solenni ceremoniâ

d. 9. Maji horis postm. paratas cupiunt.

Omnes omnium ordinum Cives Acade-
micos, eâ, quâ fas est, humanitate invitât.

Conventus fiet in Æde Jacobæâ horâ I.

ROSTOCH, Typis JOH. KILII, Acad. Typogr. Anno clc lcc LXV.





D floridissimam, quam Sol magnus Universitatis Inspector circumscribit, anni partem, no-ster orbis rediit. Quam pa-ctus olim Deus in orbe reformato, non minus ac æstatem, transivit hyems, eandemque morosio-rem licet & perseveram, vel tandem protrivit veramœnum. Revirescet ac in foliorum decus assurget deinceps ficus, & quicquid est arborum vernantium, pulcherrimum vel ipso Salvatore monente, Cœlestis æternique veris & æstatis monumentum. Floret & florebit magis atque magis, violis, hyacinthis, tulipis, oculorum philtris, supra basilicam Salomonis purpuram venustis, pratorum vel hortorum quoque floridissimorum gloria. Residebit propediem, suoque sive Sapphirino sive purpureo colore pascet oculos odoratumq; Princeps in editâ fruticosaq; stirpe, velut in throno Regali collocata, spinarum circumcirca satellitio formidanda, ROSA, florum pyropus, veris oculus, naturæ pompa, roris cœlestis miraculum, cujus admirator olim Tejus Anacreon pulcherrimè sic inter alia lusit

Τὸ ρόδον τὸ ἔρωτων
Τὰ ρόδον τὸ καλλίφυλλον
Ρόδον, ὃ φέρεισιν ἄνθες
Ρόδον ἔαρ ὃ μέλιμα
Ρόδα καὶ θεοῖσι πρῶνά

Audiuntur

259.

Audiuntur non Turturis solùm : sed blandiores longè
volucrum Musicarum melodiæ, quas venustè suo more
peroravit sermone, quem scripsit in PRO DROMUM,
Chrysoſtomus: *Ἐκ τῶν τραυλαῶν λάλων ὀρνίθων συναγγάδει κλαυ-
γάϊς λιγυρὸν ἀποπίμπρσι μέλι* & i. e. *blesæ vel loquaces aviculae,
velut ad fistulam formatis minuritionibus argutum carmen
emittunt.* Prout autem blandissimas has temporum vi-
cissitudines, & delicatas veris amœnitates æternæ legi
D ei Patris, in Filio Mediatore paciscentis, qui scilicet, *odo-
ratus odorem fragrantissimum*, quem sacro Noachi post dilu-
vium primo conciliabat ipse Filius COR PATRIS appel-
latus Gen. 8. 21. *se non amplius maledicturum terræ propter
HOMINEM*: quin quamdiu stabit terra, fore *sementis &
messis, frigoris & æstus, æstatis & hyemis, diei noctisq;* discrimina
(quod vel ipse pulcherrimus in pluviâ nube de-
signaturus sit testis *arcus*) magnâ voce stipulatus fuerit,
devotissimâ, prout religio requirebat, imputarunt men-
te, quin ex hoc quoq; magno Naturæ libro temporumq;
rationario decoris & majestatis supremi Numinis testes
advocarunt & sanctissimorum jubilorum materiam, *be-
nedicentes DOMINO, montes è cœnaculis suis irriganti, ter-
ram fructibus operum suorum satianti, jumento fœnum, sati-
vas herbas ad hominis cibum de terrâ procuranti, vino cor mor-
talis latificanti, facienti quò satientur arbores Jehovæ, cedriq;
Libani, frondes inter, volatilibus cœli, musicâ modulatione
sonoris preparanti nidos* (Pl. 104. 1. 12. 14. 15.) ita, non mi-
nùs ex hoc Universitatis Florilegio suæ castissimæ locutio-
nis, & summorum mysteriorum figuras ac hieroglyphica
sanctissima præsumperunt. Odoratus Esavû: sed qui post
personam detractam, non solâ voce: sed manu quoq; Jaco-
bus erat, Parens Isaacus osculo libato: *Vide, dixit, odor Filii
mei, sicut, odor campi, cui benedixit Deus* Gen. 27, 27. Repræsen-
taturus Ecclesiæ, sub *sponsæ sororis* nomine compellatæ, fra-

22

grantissimos ex fragrantiarum Cœlestium thesauris, gratias: *Odor, inquit, vestimentorum tuorum sicut odor Libani* Cant. c. 4, II. Nec minus ad hæc blandissima veris & variegata floribus auricomis tempora, respectus Oratoris, in excellentissimo Canticorum, Dilecti, Columbam de latebris Imperialibus Babylonis, in Messia patriam revocantis & Amicæ sic præcipientis: *Surge pulchra! Veni Columba! Tristis ecce transit hyems! Nimbus mutatus abiit. Flores conspiciuntur in terrâ nostrâ. Protulit ficus grossulos suos. Vitis primi floris edit odorem. Surge dilecta! Procede pulchra! Veni Columba!* Cantic. c. 2, IO. II. & seqq. Vincit, ut ex eodem Florilegio sanctissimo, vel Cantici Canticorum Rosario, pluscula florum mysteria legamus, vincit *Odores Libani*, pulcherrimum nobis, qui sub Crucifixo militamus, non alio gloriaturi patrimonio, Veris delitium, in nullo magis & vel Peruanis floris florem quam *Rosa* (sic vocant) *incarnata*, conspicuus emblemate, Flos Ahronius, Flos Jessæus, Flos Nasaræus, Flos Parthenius, Flos inscriptus nomina Regum, JESUS NAZARENUS REX JUDÆORUM, quem sub Rosarum coloribus non oculatior solum percontatrix agnovit Amica, filia Hierosolymitanis de colore Dilecti sollicitis sic respondens: *Dilectus meus est candidus & rubicundus*: sed & in mysterio jam designaverat Jacobus, *rubicundos* in Messia oculos, *candidosq; dentes* representans. Quin, ne quis hic Rosæ Provincialis sive succum vitalem, sive fragrantiam, sive colorem desideret, intonat ipse, luculentaq; voce pronunciat: *Ego sum Rosa Scharonis, lilium Convallium.* Cant. c. 2, I. paratus, si quis Thomas, de Succo vitali Rosæ non Provincialis solum: sed & Catholicæ, post Johannem transverberati lateris & Sacramenti vitalis inde profluentis Spectatorem, summæ fidei testem, dubitet, *ad Typos admittere Glavorum, per immittendum digitum, vel ipsius quoque*

2550.
35
que lancea, per immittendam lateri patenti, quo profluxit
ille succus incarnatae Rosae, manum Joh. 20, 27. Sed à floribus
ad tumulum parisi illibati Florum propius accommodandū
floris argumentum. Debemus Tumulo floris Saronii, quē
dilexit nos, & lavit nos à peccatis suo sanguine, qui fecit nos Re-
ges & Sacerdotes Deo Patriq; suo, quod percontanti, quid in
hoc Tumulo floridissimi Conjugum parisi reconditum? re-
spondereliceat: In hoc tumulo, mas & fœmina Flos conditur.
Debemus Amori Crucifixo, debemus Amaranti tu-
mulo, quod huic marcescentis floris pari, florem resurrecti-
onis & immortalitatis licent gratulari, sic illo præcinente.
Qui credit in me, licet mortuus fuerit, vivet. Quisquis vivit &
credit in me, nō morietur in aeternum Joh. 11, 26. Qui meus esse
vult Minister, me sequatur. Et ubi fuero, Minister etiam meus
erit, & si quis ministraverit mihi, Pater meus honorabit illum.
Volo, juste Pater, ut ubi sum, sint & illi, quos dedisti mihi, quod
spectent gloriam meam. Joh. 12, 26. c. 17, 24. Debemus flori
Parthenio, resurrectionis Primogenito, quod ex multà Pa-
tris Domini nostri Jesu Christi misericordiā regeniti simus in
spem vivam, per resurrectionem JESU CHRISTI, quod serve-
tur nobis in caelis Amarantus i. e. hæreditas qua nec corrumpi
potest, nec contaminari, nec marcescere 1. Pet. 1, 3, 4. Debe-
mus inter iterata millia, curruumq; myriadas adscendenti DO-
MINO. principatusq; Diabolicos, inter cœli plausus, &
Tartari planctus, ostentanti, quod patefactus nobis con-
stet aditus ad montem Sion, ad Civitatem viventis Dei, quod ac-
cesserimus ad Hierusalem cœlestem, quod ad myriadas Ange-
lorum, quod ad Panegyrim & Ecclesiam Primogenitorum caelis
conscriptorum, per Novi pãcti Mediatorem Jesum, per incom-
parabilem pãcti pãcti & asperionem Sanguinis, potentius &
clementius Abelis Sanguine loquentis perducti simus Hebr.
12, 22, 23, 24.

Quiritent parententq; ferali per inferias & epula
tristia

A 3

345
tristia Ceremoniâ, qui non habent spem beate resurrectionis, qui plangent, ubi veniet Filius hominis in majestate gloriaq; multa. Non agnoscit scriptura sub Rosarum symbolo præter Rosam Scharonis incarnatam, nisi Sionem, de quâ scriptum: *Magis ac magis florebit tanquam ROSA.* Quisquis hujus Sionis, Dei civitatis, extorris est, sedet, æternumque sedebit infelix, nec in ejus tumulto florem purpureum: sed cadaver reperire licebit graveolentissimum, *cujus vermis non morietur, & ignis non extinguitur, eritq; nausea cunctæ carni.* Nec dubium nobis ullum, quin, prout Sionis illius communione censerî voluit, quamdiu militavit in Ecclesiâ primogenitorum militante, *par Conjugum Nobilissimum*, cui tumulum facimus, ita jam nunc mente cœlo recepta pervenerit ad Angelorum Beatorumque cunctorum triumphantium pagnegyriin, & desideratissimis perfruatur amplexibus *Dilecti, qui pascit in liliis*, cujus ROSÆ candidæ rubicundæque pulcherrimis coloribus *expleri mentem nequit, ardescitq; tuendo.*

Dabimus illud incomparabili conjugum pari, ne in novissimorum traditione dividantur, qui nullis unquam querimoniis divulsi, non solum vitâ conjunctissimi: sed *in ipsâ quoq; morte non sunt separati*, nec exequiis discernendi: sed ut perseveremus in floribus, non pulcherrimæ solum felicitatis & ætatis cœlestis: sed & annorum mortalium fugacitatis imaginibus luculentis; *Omnis, quippe, caro gramen est, & omnis excellentia carnis, sicut flos campi. Decidit flos, exarescit gramen: cum spiritus Domini perstat ipsum: sed verbum Domini nostri manet in seculum.* Juvat ad eò cœpulare, quos nunc efferimus flores, ut publicè constet, quàm natalibus calycibus, ipsâ foliorum pompâ, lapsu denique compares fuerint.

Et,

839.
Et, ut ab ipsâ stirpe procedat supremorum tradi-
tio, quid præter Rosarum vel Liliorum fruticosam
inque pulcherrimos flores ententem stirpem,
Nobilissimus, Consultissimus, Præcellentissimus Do-
minus, Dominus NICOLAUS Eggebrecht / U. J. D. ce-
leberrimus, supremi Mekleburgicarum terrarum,
quod olim fulsit in stellæ monte, Tribunalis Assessor
eminentissimus, anno superioris seculi nonagesimo
tertio, die Concordiæ, XII. Cal. Martii Rostochii natus
& mense superiore IV. scil. Id. April. supra stella-
rum tractus ad augustissimum cœli prætorium, septu-
agenario per biennium grandior evocatus, excellenti
memoriâ, si quis unquam, dignissimus, ostendit? Et
quid præter Rosarum liliorumque fragrantissimorum
fœcundissimos calyces, eloqvuntur Nobilissimæ, de-
coribusque sui sexus Splendidissimæ *primariæq; nuper*
Matronæ MARGARITÆ domo natali KICHLERIANÆ
anno clo lccIII. die primarii CONCEPTIONIS vel
INCARNATIONIS DIVINÆ mysterii, Christianis sa-
cro præcipuèque solenni scil. IIX. Cal. April. natæ, se-
xagenariaque ultra biennium paulò grandioris haut
ita pridem, scil. XIII. Cal. Maji denatæ, recordationis
excellents fulgidissima stemmata? Juvat flores il-
los semper vivos per breviores areolas quasdam Ge-
nealogicas repræsentare. Vivunt post fata superstites
& decq; immortale loqvuntur humanis encomiis subli-
miores DANIEL Eggebrecht / D. J Ctus famigeratissi-
mus, Dicasterii Mekleb. Provincialis Assessor olim ful-
gidissimus, apud Vismarienses vicinos nobis honora-
tissimos Consul summis meritis inclytus, NICOLAUS
Eggebrecht / J Ctus & Philosophus clarissimus, & Advo-
catus planè de more Majorum, quando summus erat
Advocatorum delectus, delectorumque summa di-
gnatio

gnatio, nec Advocatorum de jure respondentium suorumq; Clientiū causas sive scripto defendentiū, sive perorantiū, numeris, miscebant sese Pragmatici Vultures, Rabulae, voragines forenses, Rerum publ. pestes, subfelliiorum murices, impudentes in incomparabili viatico rudiatatis latratores, architecti fraudum, qui dū nunc jus obfident, lites nectunt, justitiam premunt, veris Jctis Advocatis, apud populum, magnam partem laudis & honoris intercipiunt. Antecessit hunc *Avum paternū* defuncto, *Patremq; Danielem, Proavus paternus ab Avi paterni parte, uxore: Siwata* & OTTO, qui, praterquam quod Collegii Panificum spectatissimi Senior apud Vismarienses suo fuit merito, vel ab ipsis atatis 128. annis, octo Mosis, 18. Josuæ numeros vitales transcendentibus, peculiarem merebatur recordationem, Principi Scaligero daturus in emend. tempor. lib. 6. nobilem materiam, si vel hoc exemplo remonstrare licuisset, nostro non defuisse seculo, qui superaverint illud quod inter Captivitatis Babylonicæ solutionem, templumq; secundum sub Dario Notho conditum profluxisse statuit annorum 107. intervallum. Vivunt, & post illata cadavera tumbis, vivum floris germen ostendunt *Avia paterna, MARGARITA, Proavus paternus ab Avia paterna parte, PETRUS Horneffer* / Civis olim Vismariensis Integerrim⁹, *Proavia paterna mater avi Paterni, cui nomen ANNA Parums* / Proavia paterna mater avia paternæ DOROTHEA Krügerin. Florent & ex ipsis tumulis posthumos flores loqvuntur AGNETA Schmiedin / Matrona nobilissima, Beatissimo nostro *Mater olim veneranda, BRANDANUS Schmid* / Negotiator olim Vismariensis florentissimus, *Avus maternus, AGNETA Krügerin Avia materna, Proavus maternus* Vir Amplissimus & Nobilissimus DN. JOACHIMUS Schmid / *Abavus maternus, BRANDANUS Schmid* / Consul ejusdem celeberrimæ Reipubl.

Reipubl. primarius, **AGNETA Gladowen** patritii stemmatis
 Matrōna, *Proavia materna*, nec minus summæ virtutis & Con-
 sularis ibidem dignationis Vir, Abavus maternus secundus
 DN. **HENRICUS Gladow** / quibus in hâc posthumâ recorda-
 tione nihil nunc accinimus areolis, quàm quod olim præcynu-
 it Jeschaia c. 26. 19. *Vivent mortui tui, qui facti sunt propter me,*
cadaver resurgent. Expergiscimini, cantate, vos inhabitantes
pulverem! nam eos olerum ros vester est. Nec minus in sepulcris
 vivunt, inter cineres juvenescunt, in tumulis reflorescunt, læti
 ipsâ morte renati, quotquot in Nobilissimæ nostræ **MARGA-**
RITÆ p. m. repræsentrare nunc areolis virtus excellens impe-
 rat. Fulgent in his, in quantum virtus ipsa potest intelligi, ce-
 leberrimi, quiq; magnorum meritorum læti, quondam lau-
 dis & dignitatis omne punctum tulerunt, Nobilissimi Viri DN.
BARTOLDUS Richler / DN. **BARTHOLOMÆUS Kling** / uter-
 que Philos. non minus ac U. J. D. & J. C. us celeberrimus, Sereniss.
 Duc. Mekl. Consiliarius, hic etiam per integros annos 50. Pro-
 fessor in hâc Universitate celeberrimus, & Consistorii Ser. Duc.
 Provincialis Assessor eminentissimus, alter Beatissimæ Matrōnæ
 nascendi lege Pater, alter per **AGNETAM Klingen** / prænobili-
 lem Matrōnam, Beatissimæ nostræ Matrem splendidissimam,
 sanctæ recordat. *Avus maternus*, quibus ex Amplissimo Sena-
 tus Oppidani Rostochiensis numero meretur accenseri, Vir
 olim prudentiâ, rebusq; publicis præclarè gestis spectatissimus
 & integerrimus DN. **JOACHIMUS Krohne** / *Proavus maternus*,
 pater sc. *Avia materna* **MARGARITÆ Krohnen** / quam sui se-
 xus fulgidissimam quondam coronam, vereq; *παύσιον ἀρετῆς* fuisse,
 fama superstes post fata loquitur. Tacemus **HENNINGIUM**
Richler / Avum nostræ paternum Patritium Brunsvicensem
 fulgidissimum, Maritum sœminæ nobilis **EMERENTIÆ Dies-**
derinn / *Avia paterna*. Tacemus, ne quid impari deteramus
 elogio, quæ præclarissimæ familiæ longisq; natalibus cōmemo-
 randis militare porrò poterant.

B

Sic

47

Sic igitur jucundum vitæ munus huic accuratissimo
Conjugum pari profluxit à natali die: quæ scatebra, cum
tantum traheret Originalis limi, fæcisq; peccati, quantum
vitæ luminis, quicquid ex illo Thessalo fonte ducebatur a-
tri, fons alter JESU CHRISTI Sangvinis, in *lavacro regenerati-*
onis abluit, unde jam, dum, velut *Grex Ovium candidus ascen-*
dens ex lavacro, nec admittens oves nisi gemelliparas (Cantic. c. 4.
2.) par pulcherrimo Stemmata sangvis & ipso nativitat-
is intervallo, tali sc. quale fuit inter Abrahami, Saræque nata-
lem, præludens futuro matrimonio, decurrit, novum do-
ctrinæ, virtutis, educationis, dignationis, felicitatis, ama-
ritudinis, svavitatis panditur Theatrum pulcherrimumque
florilegium. Quid enim fuerit amœnioris spectaculi, quam
vidisse beatissimum nostrum vix prætextatum, sub oculo No-
bilissimorum Parentum, Clarissimorumque Moderato-
rum, doctrinâ, virtute, gratiâ proficere, nil quicquam,
quod abhorreat ab intonfi Catonis auspiciis, vivendique
normâ committere, positâ prætextâ, studiis eminentioribus
nobilissimis, juris imprimis speciminibus, inclarescere, cele-
berrimos quosque Juris Antistites è superiore loco docen-
tes audire, de Jure consulere, responsis formandis, & An-
tecessorum celeberrimorū permissu, Collegiis quæ vocant,
Juris, non privatis solùm: sed & publicis lectoriis ac Dispu-
tatoriis (quorum testis vel una, quam nondum Bireto
Doctorali fulgidus Præses Tubingæ publicavit anno clo Jc
XVI. de JURE TESTATI disquisitio) futuræ dignitati præ-
sidioque periclitantis innocentia præludere, tandemque,
cum jam satis in eminentissimis Scholis Regiis, quas Uni-
versitates appellamus, nec in Germaniâ solùm: sed & ex-
teris Academiis humanioribus literis ac gratiis, ipsique præ-
cæteris studio Thémidis esset litatum, Tubingæ splendidissi-
mos in utroque Jure Doctoris honores Curialium decreto,
conspirante celeberrimorum consensu delatos impetrare,
bonæ

bonæque frugis copiam, Jaris inprimis scientiam, pectus
illis artibus, per quas dirimuntur ambigua causarum fata,
reparantur fatigata, publicæque saluti populi providetur,
excultum, cum fulgidissimo Virtutis testimonio Doctorali,
domum reportare, publicoque sic gaudio pariter ac orna-
mento Patriam, Parentes, Amicos, Clientes attollere? Quod
si, quæ deinceps successit novello Doctori præcipua do-
mestica felicitatis leges in Theatrum vocetur, novum con-
stabit floridissimumque gratulationis argumentum. Quid
enim mortalium quidem gaudiorum vincere possit illam,
quæ vix in patriam reverso svaviter accommodavit sese,
connubii sanctissimi, lætitiâ, quando post desponsalia vel
arrharum flammæque castissimarum reciproca, præno-
bilis virginis ELISABETÆ, JOACHIMI Hahnen /
Patricii Rostochiensis Filiæ, florentissimæ, Maritus futurus,
hanc solenni ceremoniâ X. Cal. Nov. anno cdo lcc XXII.
traditam propriamque dicatam recepit, domumque duxit,
& ex hâc pulcherrimâ præcipuique stemmatis Heroinâ ve-
nustissimam, florumque purpuram longè superantem pro-
lem, præcipua domus ornamenta, sibi nasci vidit? Vidit &
ex hâc sustulit DANIELEM JOACHIMUM, HENRICUM
ANNAM ELISABETHAM, NICOLAUM, GERHART OT-
TONEM, BRANDANUM quem senarium sic terris su-
preum Numen concessit, ut ex æquo distribueret, ternar-
iumque repeteret ad meliora festinantem. Superant ta-
men (super sint autem quàm di utissimè, rebusque gerendis
ex decore pariter votoque præ sint!) DANIEL JOACHI-
MUS, apud Dantiscanos, HENRICUS apud Brunovicenses,
NICOLAUS apud nos Rostochii Civis primarius, Negotia-
tor florentissimus, paternique candoris hæres genuinus,
solus ex hoc quidem fratrum numero lamentabilis fun eris
curator, post feretrum desideratissimi Patris incedens. Nec
hanc ex se natam prolem solùm: sed & XII. Nepotes neptelve

vidit, affectumque descendens in molliores quasi modò
genitos & sensit, & expressit Avus. Et hæcenus quidem
non amaritudinis tantum, quantum svavitatis profuxisse
NOSTRO videri poterat ex fonte natalis, & quod ille dies
dederat, jucundissimi luminis. Sed, ut agnosceretur nullum
sub sole constans terrestre gaudium, repetiit DEus pulcher-
rimam pretiosissimamque quam dederat, & cum quâ per
annos septendecim

Candida perpetuo steterat concordia lecto

Sic igitur occidit, occidit ELISABETHA, jussusque Maritus
viduo longum residere cubili! Sed hinc avocet ad suorum
quoque floridissimorum traditionem Beatissima, quæ post,
illum, quem designavimus, diem, duorum luminum, natalis
scil. & per regenerationem *caelestis*, Infans, id est passa, quod
sentire tunc per ætatem non potuisse, præcipua doloris
materia fuit. Ereptus terris, qui naturâ Pater fuerat. Sed
ne Consilio curaque deesset, qui mensurâ blandissimi Patris
impleret, prospexit DEus, conciliatis inter Matrem Beatæ,
natali domo CLINGIAM, viduam tunc KICHLERIANAM,
celeberrimique nominis & antiquæ virtutis ac fidei Virum
DN. REINHOLDUM von Behren/ olim Provincialis Tribu-
nalis Assesorem, Syndicum Rostochiensium nobilissimum,
præcipuo constantique, dum mortalis agebat, affectu no-
bis cultum dilectumque, castissimis amoribus, in exoptatissi-
mum connubium deinceps exeuntibus. Et jam sub blan-
dissimâ novelli Patris & nobiliss. Matris censurâ discipli-
naque profecit NOSTRA Beatissima. Non expectavit an-
nos virtus: sed antevortit. Princeps illi pietatis cura, quam
non præceptis solum didicit: sed & ex sanctissimis, quæ do-
mi vidit, exemplis, & instinctu quodam divinitatis flammis
cordi cælestes suggerentis. Non defuerunt Principi vir-
tuti satellites virtutes, quotquot sive sexum, sive virginita-
tis illibatam florem decorare, vel in illius admirationem
pudi-

273
pudicissimos quosque de Matrimonio sponsaque piâ, pudicâ, nec inelegante sollicitos convertere poterant. Non alio sanè philtro motus exambit illam Vir olim Nobilissimus & Consultissimus Dominus JOHANNES Kleinschmid / JCtus & Antecessor in hac Universitate celeberrimus. Signatæ tabulæ. Dictum *Feliciter!* anno clō Ioē XXI. Nec de fuit hic floridissimorum liberorum par numerus, quem jam Beato nostro primùm marito concessum memoravimus, ut & hic, prout nuptiarum primarum, sic prolis quoq; considerationem mereatur æqualitas. Peperit ex KLEINSCHMIDIO quatuor Filias, duas AGNETAS, ANNAM MARGARITAM. Peperit ex eodem genitore BARTOLDUM, JOHANNEM Filios, fosculos pulcherrimos: sed quos ordine singulos

Abstulit atra dies & funere merfit acerbo.

Flevit nostra prodigiosâ tempestate raptam sobolem: sed non hic illa clades constitit. Accessit A. clō Ioē CXXXIX. M. Octobr. quæ longè magis afflixit, desideratissimi Mariti mors, in cujus funere, dum sensit animæ dimidium suæ jam tunc inferri tumulto, videri potuisset ipsa pertasa solitudinis elata videri, nisi Scripturarum præsidio confirmata, tantæ domesticæ cladi consolationum solidissimarum clypeos opponere, planctusq; suos cœlestium mysteriorum meditatione temperare didicisset.

Et jã par nostri, nunc paris funeralis, conditio: fueratq; prout liberorum in discretis utriusq; prioribus nuptiis: ita temporis (annorum sc. utrobiq; septendecim) memorabilis conformitas, & postillas mortes tanta doloris, quanta calamitatis æqualitas, ut in hac ipsâ quod tunc nec Cajus nec Cajo præsensit, præcludere visa fuerit illi novæ novissimæq; paritati nuptiali pariter ac funerali, cœlestis providentia. Non eqvidem fuerat alia mens nostræ, quàm Turturem vel Cornicem repræsentare, sui Conjugis adeo studiosam, superstes ut eo mortuo nullius expectat conjunctionem: non alia, quàm Portiæ Bruti, Juliæ Pompei,

peji, vel Artemisiæ Mausoli vel ipsarum quoque Lacedæmonum, quarum castissimos ignes admirantur Historici: nec dubium quin subierit animo sapius illud effatum Didonis

Ille meos primus qui me sibi junxit amores

Abstulit: ille habeat secum servetq; sepulcro.

Sed valet in hoc exemplo, quod ex persevera Stoicorum disciplina Chorus habet Senecæ:

Fatis agimur: Cedite fatis!

Quicquid patimur mortale genus

Quicquid facimus, venit ex alto

Omnia certo tramite vadunt.

Sic nostra, dum nuptiarum secundarum fatum fugit, ad fatum venit. Secutus est amor fugientem. Nec ramen eâ fuit ætate nostra tunc Heroïna, nec ipse nunc Beatissimus noster, vetulus decrepitus Senex, ut metuerent ne secum quis experiretur lege Papiæ Poppææ, vel acclamaret alius sive Leonidis illud ab Alcibiato translatum.

Nupsit anus Juveni, vetulo tibi juncta puella.

O nimium ex omni tempore ineptus amor!

Sive par Euripidis: Πικρὸν νῆα γυναικὶ πρεσβύτης ἀνήρ

Amara res Juveni Uxori Senex Maritus.

Nec quæ de non habendâ *ἑνωστικῆ*, vel *ἡ εἰς τὴν συγκαθόδου τῶν γαμετῶν*, vel intercedente magno, licet expers esset conjugii s. *ἡ γάμου ἀπειρή*, Paphnutio, ne lex illa publicaretur, temperatus habet Canon Nicænus *τῆ γάμῳ κατὰληπτόν τ' βουλομένων κτ' Συμφωνίας ἀπέχεσθαι τ' ἰδίαις γαμετῆς* c. 3, 33. vel quæ de removendis à sacris ordinibus, qui post Uxoris mortem secundis conjunguntur nuptiis, non Papismus solum, malus Apostolici Canonis, 1. Tim. 3, 2. 12. Tit. 1, 6. Interpres: sed & multorum Patrum Canonumq; veterum non aliter interpretantium Consensus olim duriorē censurâ statuit, vel *arcendo Presbyteros à Convivio Secundarum nuptiarum*, in ipsas etiam Laicorum nuptias secundas (quas tamen haut audent damnare Papismus) olim Conc. Neocæsar.

45
19.
ocasar. duriusculè scriptum reliquit, obstaculum nostræ
mediâ floridâq; tunc atate Viduæ, nec sive Presbytero sive Di-
acono nupturæ negotium facere poterant, quæ jus talium nu-
ptiarum, *si ferent in Domino*, nullis ordinibus interdictarum,
sanctissimis Apostolorum Canonibus confirmatum, satis su-
perq; noverat, & non de primis solum: sed & secundis nuptiis
valere quod habet Paulus: Honorabile Conjugium, Cubile
fit INTER QUOSVIS impollutum. Scortatores & adulteros au-
tem damnabit Deus Hebr. 13, 4. Scilicet, sicut, si leviter, si solo
libidinis & concupiscentiæ fervore, si nimis frequenter duca-
tur & nubatur, non caret magno quodam turpitudinis simula-
cro, cujus exemplum Basileense, sc. epitaphium Poeticum mu-
lieris undecim Viros sepelientis notavit Buxtorf. ad vocem
חבלנייה i. e. Corruptrix (sic vocant Hebræi, quæ tribus maritis
supervixit) & prodigiosus Viri, qui laureatus exequias i-
verit Uxor 23. Maritis ordine nuptæ, descripsit in Epist. ad Geront.
Hieronymus: Ita nuptiis secundis, infamibus illudere voca-
bulis, infamis est, & damnandus qui damnat. Laudanda potius
Heroïna nostra, quod ex lege castissimæ Viduæ Ruth (li-
cet modus insinuationis utrobique salvâ pudicitiam non idem
fuerit) nuptura non ire voluerit post Juvenes: sed hanc præstare be-
nignitatem posteriorem priori meliorem, siq; nubendum foret,
non nisi Viduo nubere. Poterat nostram par tunc absolvere
judicium, quod olim sub stragulâ pedali Rutham, testante Bo-
so Viduo: *Die ganzes Stadt meines Volckes weiß / daß du ein
tugendssam Weib bist.* Ruth 4, 11. Et sic nobilissima tunc Klein-
schmidiana Vidua, dum, quæ Virtus & præstans erat EGGE-
BRECHTII nostri gratia,

Solus hic inflexit sensus, animumq; labantem

Impulit, agnovit veteris vestigia flammæ.

Rediit ad aram anno cl^o Isc XL. X. Cal. Maij. Venit, &
post ignis & aquæ contactum, corporis, animi, bonorum, for-
tunarum communionem censerit voluit, idem passura vel aufu-
ra,

40

ra, quippe laborū periculorūq; socia, sive vivendū, sive pereunt-
dū. Venit professa, sic nunc accepturam Maritum, ne post hunc
ulla vel longior cupiditas. Nec defuerunt, ex hoc Conjugio Ro-
sæ. Nata, sed quā Deus simul ostendit terris, cœlo recepit MAR-
GARIT-ELISABETA Rosæ liliūq; purpuram fragrantiamq; so-
liorum marcescentium casu non nisi brevisimam concedentis
exemplar venustissimum. Natus BARTOLDUS J. U. Studio-
sus floridissimus, qui princeps Matris, cura, voluptas, amor &
unica seges ac materia paternæ gloriæ, nunc utriusq; Parentis
lamentabilis funus curat, Filius, futurus (sic & optamus, & haut
vani speramus) non solum nominis; sed & doctrinæ, virtutis
candoris Celeberrimi Patris Heres & præclara deinceps exem-
pla daturus. Sed nec dignitatis eminentioris gloria Nobilissi-
mo Funeri defuit. Jam publicè per responsa juris & innocen-
tiū causas summâ fide curatas constabat, EGGBRECHTIUM
Justitiæ sacerdotem, non ex illo vel Advocatorum vel Procura-
torum Capite censorum censendum numero, qui cor æneum,
frontem plumbeam, conscientiam linguamq; venalem circum-
ferunt, quorum, si nares afflaverit rubiginosioris aura marsu-
pii, confestim videas oculos Argi, manus Briarei, perjuriam Lao-
medontis, argutias Ulyssis, fallacias Sinonis, unguis Sphingarum,
fidem Polymnistoris, pietatem pigri Leonis (quarum vom-
micarum nostrum Jctum puduit piguitq; non illos laude, ne-
dum dignatione: sed indignatione vel insectatione publicâ
dignos censentē.) Ne quis adeo campus deesset, in quo tota vis
industriæ Beatissimi nostri decurrere posset, ex Serenis-
simorum, Procerumq; suffragio concreditum Seni nostro
jam infra sexagenarium biennio, grande munus Assessoris
in supremo Provinciali judicio Stellæ montano. Sedit noster
Justitiæ venerandus Antistes, innocentiae calamitosæ Patronus
impavidus, togatorum vulturum, forensi latrocinio, misello-
rum Clientium patrimonia deprædantium, vel quocunq; sive
violento, sive fraudulento scelere publicæ saluti noxiorum ter-

ror & hostis juratus. Sedit ex lege veteris Areopagi, velut al-
 ter Dionysius, non nisi pro justitiâ, nec ἐξω τῷ πρᾶγμα) quic-
 quam vel dicturus vel acturus. Sedit ex lege Jethronis aureâ,
 talibusq; literis adytis justitiâ præscribenda: **Sih dich um un-
 ter allem Volck (1) nach redlichen Deuten (2) die Gott fürchten
 (3) warhafftig (4) und dem Geiẞ feind sind,** Exodi 18, 21. Sed
 nec illa mansura Provinciæ felicitas fuit, quam brevi tempestas
 bellica secutaq; tempestatem flamma, Deo sic vindicante maje-
 statem læsam, quæq; nunc in judiciis obtinet sanctissimæ The-
 midis adulterationem puniente, vel ulciscente, sic interceptit,
 ut in omnibus *istis nondum sit aversa supremi Numinis ira:
 sed adhuc Dei manus extenta,* quod Prophetæ carmen in-
 tercalare nostræ nunc inprimis acclamandum Pro-
 vinciæ Jes. 10. 12. 17. 21. c. 11. 4. Sed ab exprobratione pu-
 blicarum culparum redeundū nobis est inviâ. Comesivit no-
 stra Graccho suo Cornelia, Rostochio Sternebergam: redi-
 it, cum nec Castor nec Pollux affulgeret illi stellæ monti,
 Sterneberga Rostochium. Quicquid hic asperitatum vel
 anarissimarum profluxit amaritudinum, domestica con-
 cordia temperavit, & spartanâ generositate concoctum
 dissipavit animus non humilis, imò virilis in fœminino cor-
 pore. Non ignoravit, inter spinas lilium crescere, flam-
 mamque conjugalem non nisi per varios casus inclarescere.
 Non erat nescia, quid mysterii contineret illa Majorum for-
 mula vel nuptialis vox: *Ubi tu Cajus & ego Cajo.* Consta-
 bat pondus vocabuli Mosaici, quo destinatur Adamo עֵוֶר
 כְּנִגְרָו. Noverat, nec *adjutorium* illud, nec *anterioritatis* vo-
 cabulum, solis juvenilibus, vel virilibus annis, vel הקְבֵרָה
 שְׁכַת שְׂמִישׁ הפְּנִים dedicatum: totius ætatis humanæ, sene-
 ctutis etiam, quæ non minùs adjutorium fœmininum de-
 poscit, summam, blandissimamque Correspondentiam (li-
 ceat sic exprimere vim vocis, propitiis gratiis) complecti,
 quod vel Aufonius ad uxorem non dissimulavit.

C

Uxor

*Uxor vivamus, quod viximus, & teneamus
 Nomina, quæ primo sumimus in thalamo
 Nec ferat ulla dies, quò commutemur in ævo
 Quintibi sim juvenis, tuq; puella mihi.
 Nestore sim quamvis provector, amulaq; amoris
 Vincas Cumanam tu quoq; Deiphoben*

nec minùs Martialis :

*Diligat ipsa senem quondam : sed & ipsa marito
 Tunc quoq; non fuerit cum videatur anus.*

Sicigitur inlesla vel incubata potius (sit fas ita loqui) Beatiſſimo ſeni Roſtochia. Certè per annos proximos 4. expertus eſt domesticum quoddam Noſocomium. Nec dubium quidem, quin, ſi licuiſſet exaudire vocem Servatoris, quam quondam vel ad Hieroſolymitani Noſocomii porticus miſerè jacens per annos 38. Paralyticus: *Cupis ne ſanus fieri?* ſe cupere reſponſurus fuiſſet: cœterù, quia nec ad illam piſcinam tunc præter unum curabatur, cum nihilominus *ibi jaceret infirmorum, cœcorum, claudorum, paralyticorum multitudo magna,* Joh. 5. 3. 6. pertinax hoc Noſocomium convertit in Patientiæ Theatrum, totumq; ſeſe reliquit providentiæ, certus ipſe, nil quicquam ſe pati ſine gratioſâ benigniſſimi Patris voluntate: quin, poſtquam non amplius in Paradifo ſumus, SANITATEM ſolidam mortaliſus in terris conſtare non poſſe: optimè tunc demum nos convaſcere, poſtquam jubemus hanc vitam valere. Toto, quo non *ad uſq; domum Dei licuit in turba multitudinis ſeriantis tranſire, cum voce cantus & laudationis,* quadriennio, pergit ex lege Jacobi c. V. 13. 14. præeunte domesticumque ſacrum moderante, quin plus vice ſimplici Corporis & ſanguinis Sacramentum, mortis Chriſti, noſtræque beatitudinis & immortalitatis pignus ac monumentum domi conjugibus adminiſtrante Viro pl, Reverendo, Clariſſimo, Præcellentiſſimo DN. JOHANNE QVISTORPIO D. Theologo Pro-

go Professore celeberrimo, Dominica Jacobae Pestore fulgidissimo Collega nobis honoratissimo: nec immemor tamen M. Basilii tententia, quam sic habet in Asceticis: *Non convenit in re Medicâ perverso more, datam divinâ gratiam traducere: Sicut enim propria salutis spem Medicis permittere vel in horum manu collocare, penitus est absurdum, (quod miseris quibusdam videmus accidere, qui Medicos non verentur suos etiam Servatores vocare) sic rursus omninò Medicorum respuere subsidia, contentiosum.* Quo circa, nec Excellentissimorum nostrorum Medicorum DN. JOHANNIS BACMEISTERI, DN. CASPARI MARCHII, Professorum, Collegarum præstantissimorum, Consilium Medicum, quo frequenter usus noster Beatus, negligenter habuit, usque dum fatalis dies (erat autem proximus d. 10. April.) affulgeret, qui jucundissimum quidem (si catastrophem excipias quadriennii) vitæ lumen extinxit, alterum tamen vitæ melioris & felicitatis longè cumulatiois accendit, prout aurora, licet astrorum nobis lumen extinguat, damnum tamen illud abundè nobilioris solis splendore compensat. Et sic abiit, abiit, Veteranus Christi, cælo solum mutans, dignus, qui corollâ virentibus olivarum frondibus exornatus & amictu puniceo velatus, sepeliatur ex lege Lycurgi. Sed quid inter hæc, nostra nunc Beatissima, quantum angores & pro valetudine non tam propriâ, quam desideratissimi Capitis, sollicitudines fessam maris atq; viarum, reddiderant, clades autem jucundissimi per XXV. annos Marti tantaq; domus calamitas & ex hæc orta corporis infirmitas incomparabiliter affecerat? Optavit *dissolvi*. Nec cessavit precibus, usq; dum pervicit, & esse cœpit cum Christo Jesu, vel sic fidem constantiâq; testatura, nec ultra decendum supervictura, quem decennio sorte nascendi fuerat secuta. Abiit incunctanter ac libenter ad Dominum vocantem d. 19. April. Celebratur in historiâ Romanâ Mecœnas velut grandis & viri-
lis ingenii, cujus celebratur carmen.

Nectumulum curō: sepelit natura relictos.

Dedit in pudorem Nostra Mæcenates. Quid enim turpius illo Mæcenatis voto, quo *debilitatem non recusat* manu, pede, coxâ, non *deformitatem*, tuber, gibberum, lubricos dentes, non *acutam crucem*, dummodo *spiritus inter hæc mala prorogetur*? Amplius hanc causam perorat in epist. 101. Seneca, qui nec dissimulat quid hic sentiat: *Altè cinctum putes dixisse: habuit enim ingenium grande & virile, nisi discinxisset illud ipse.* Maluit NO-
STRA, qui maximus & honestissimus Amor est, morte beatâ jungi, quàm vita distrahi. Celebratur apud Valer. Max. sepulcrum Tarentinum, quo Plantius & Horestilla par fidisimum Conjugū conditi, quodq; fuerit inscriptū *Φιλοῦνται* i.e. AMANTIUM Meretur non aliter inscribi tumulus, quo condentur

Qui duo corporibus, mentibus unus erant

NICOLAUS Eggebrecht Jctus, & MARGARITA KICHLERIA Matrona primaria, nunc à nobis (quanquam lege Romanâ Magistratum non adire fas à funere) ultimò nominandi. Nos nunc supremum Tibi, Par fulgidissimum, vale dicimus, usq; dū

Quæ pigra cadavera quondam

Tumulo putrefacta jacebant

Volucres rapiuntur in auras

Animas comitata priores.

Supereft, ut liliis, Rosis jucundissimum par Conjugum condamus &, quod dignitas, virtus, & exemplum maritalis flammæ constantiæq; meretur, frequentes exequias eamus.

INDICTIVUM FUNUS est. Ite frequentes!

P. P. d. IX. Maj. Anno 1665.

Conventus fiet in Æde D. Jacobi post
horam primam.



go Professore celeberrimo, Dominica Jacobae
Collega nobis honoratissimo: nec immemor tan-
tentia, quam sic habet in Asceticis: Non
perverso more, datam divinitus gratiam traduce-
pria salutis spem Medicis permittere vel in hor-
penitus est absurdum, (quod miseris quibusdam
qui Medicos non verentur suos etiam Servatores
minimò Medicorum respuere subsidia, contentio,
nec Excellentissimorum nostrorum M
JOHANNIS BACMEISTERI, DN. CASI
Professorum, Collegarum praestantissimo
Medicum, quo frequenter usus noster Be
habuit, usque dum fatalis dies (erat aute
April.) affulgeret, qui jucundissimum
strophem excipias quadriennii) vitæ lur-
terum tamen vitæ melioris & felicitatis lon-
cendit, prout aurora, licet astrorum nobis
damnum tamen illud abundè nobilioris so-
pensat. Et sic abiit, abiit, Veteranus Chris-
tans, dignus, qui corollâ virentibus oliva
ornatus & amictu puniceo velatus, sepe
curgi. Sed quid inter hæc, nostra nunc
tot angores & pro valetudine non tam
sideratissimi Capitis, sollicitudines fessam
reddiderant, clades autem jucundissimi pe-
ti tantaq; domus calamitas & ex hæc orta
incomparabiliter affecerat? Optavit dissolu-
cibus, usq; dum pervicit, & esse cœpit cum
fidem constantiaq; testatura, nec ultra dec
ra, quem decennio sorte nascendi fuerat
cunctanter ac libenter ad Dominum voc
Celebratur in historiâ Romanâ Mecœnas v
lis ingenii, cujus celebratur carmen.

49.
dissimo
ii sen-
Medicâ
im pro-
locare
cidere,
r sus o-
circa
D N.
CHII,
filium
genter
s d. 10.
cata
it, al-
oris ac-
nguat,
e com-
m mu-
bus ex-
ege Ly-
quam
am de-
iarum,
os Mari-
irmitas
vit pre-
vel sic
r victu-
biit in-
April-
& viri.

nec

